

*Vollständig gedruckt: (Otto) Thuringia sacra 659—660; Schöttgen et Kreysig diplom. et script. hist. Germ. II. 420; Schameliuss Suppl. z. Kl. Bosau 16. — Die Indiction weist die Urkunde in die letzten Monate des Jahres: sie zu Mitte April 1146 zu setzen, wie ich das früher (Albrecht d. B. 368 Anm. 42) gethan habe, verbietet trotz der dort geltend gemachten Gründe der Zeitzer Dompropst Udo, an dessen Stelle damals schon Thiemo getreten war. S. die Urk. des Bischofs Udo von Naumburg v. 15. April 1146 bei Schultes Direct. dipl. II. 62.*

## 327.

1145. *Gattersleben. Bischof Rudolf von Halberstadt bestätigt die von Seiten des Grafen Bernhard von Plötzkau geschehene Ueberweisung der Pfarreien zu Stassfurt, Altendorf, Kochstedt und Winnigen an das Kloster zu Hecklingen.*

In nomine sancte et individue trinitatis Rudolfus Dei gratia Halverstadensis episcopus. Notum esse volumus omnibus tam presentis quam futuri temporis Christi fidelibus, quia genere nobilis sed mente nobilior utpote Deo devotissimus comes Bernhardus de Plozzike pro remedio anime sue proque divini augmento serviminis quatuor ecclesias, videlicet in Stasuderte, in Altendorp, in Chocstete, in Winnigen sitas, cum omnibus earum pertinentiis, quantum ex paterne sorte hereditatis sibi obtigerat, consentiente, immo ass stipulante marchione Adalberto, sancto Georio, sancto Pancratio sororique sue religiosissime domne Irmengarde, abbatisse in Chakelingen, in proprietatem et in usum Deo ibidem servientium, pro supplemento videlicet penurie, qua eatenus laboraverant, nostra permissione et auctoritate favente contradidit. Postmodum vero in Gaterslove cum synodo presideremus, adiit nos in facie totius ecclesie Halverstadensis, rogans donationem suam nostramque permissionem banni et nostri auctoritate confirmari. Cuius devotissime iustissimeque petitioni sub consensu consilioque totius ecclesie nostre gratuito acquievimus, prefatarum ecclesiarum curam preposito ipsius loci per omnium successio-  
num posteritatem commendavimus prescriptamque iam dicti Deo devoti comitis largi-  
tatem predictae cum reverentia merito nobis nominande in Christo dilectissime Irmengarde abbatisse omnibusque ei in perpetuum substituendis in perpetuam quietamque possessionem banni nostri auctoritate sub perpetuo anathemate confirmavimus, quatenus segregatus a communione vivifica sacramentorum corporis et sanguinis Domini et a spe salutis eterne in perpetuum alienus existat, quicumque hanc donationem quietemque Deo famulantium inquietare temptaverit seu presumpserit. Preterea ne cuiquam surreptioni vel quantula-  
cumque pateat occasio, prefati comitis oratu totiusque ecclesie hortatu hanc cartam confirmationis inde conscribi sigillique nostri impressione corroborari fecimus. Huius rei testes sunt: Martinus prepositus maioris monasterii de Halberstat, Erpo decanus, Fri-  
thericus canonicus, Balduwinus canonicus, Hermannus canonicus, Everwinus prepositus de Hathemersleve, Erneboldus prepositus de Stuterliggeburch, et alii plures.

Actum anno ab incarnatione Domini m<sup>o</sup>.c<sup>o</sup>.xlv<sup>o</sup> feliciter. Amen.

*Aus dem Original im Hauptarchiv zu Bernburg mit aufgedrucktem bischöflichen Siegel. Gedruckt: Beckmann Hist. d. F. Anhalt I. 143; Eccard hist. geneal. princ. Sax. sup. 571—572; v. Heinemann Albrecht d. Bär 457—458.*